Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs I. [II.] Scena II. [I.]

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.
Ita facere certum eſt: mos gerundus eſt Thaidi.
Tu Parmeno huc fac illi adducantur. Pa. maxumè.
Ph. In hoc biduum Thais vale. Th. mi Phædia,
Et tu: nunquid vis aliud? Ph. Egóne quid velim?
Cum milite iſto præſens, abſens vt
Dies, noctesq́; me ames: me deſideres:
Me ſomnies, me expectas: de me cogites:
Me ſperes: me te oblectes: mecum tota ſies:
Meus fac ſis poſtremò animus, quãdo ego ſum tuus,
Th. Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habeat fidem,
Atq; ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.
Ego pol, quæ mihi ſum conſcia, hoc certò ſcio,
Neq; me finxiſſe falſi quicquam, neq; meo
Cordi eſſe quenquam chariorem hoc Phædria:
Et quicquid huius feci cauſa virginis
Feci: nam me eius fratrem ſpero propemodum
Iam reperiſſe, adoleſcentem adeo nobilem: &
Is hodie venturum ad me conſtituit domum.
Concedam hinc intrò, atq; expectabo, dum venit.

ACTVS I. SCENA II.

Phædria, Parmeno.

FAc ita vt iuſſi, deducantur iſti. Pa. faciam. P. ac diligenter.
Pa. Fiet. Ph. at maturè. Pa. fiet. ſatin' hoc mandatum eſt tibi?

Troch. tetr. catalecti. niſi tollas à verſu iſti.

Pa. Ah rogitare? quaſi difficile ſit,
Iambicus, Vtinam tam aliquid inuenire facilè poſſu Phædria,
Dimeter. Quàm hoc peribit. Ph. ego quoq; vnà pereo, quod
Trochaicus mihi eſt carius: (quin
Tetramet. Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. Pa. minimè:
Effectum dabo, ſed nunquid aliud imperas?
Ph. Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris: &
Iſtum æmulum, quod poteris, ab ea pellito Pa.
Memini, tametſi nullus moneas Pa. ego rus ibo, atq;
Iambicus ibi manebo.
ſcazon. Pa. Cenſeo. Pa. ſed heus tu. Pa. quid vis? Ph. cenſen'
catalectici. poſſe me obfirmare, &
Perpeti, ne redeam interea? Pa. tené? non hercle ar-
Trochaicus bitror.
Nam aut iam reuertêre, aut mox noctu te adigent
horſum inſomnia.
Ph. Opus faciam, vt defatiger, vſq; ingratus vt dor-
miam.
Pa. Vigilabis laſſus: hoc plus facies. Ph. abi ſis: ah
nihil dicis Parmeno.
Iamb. tetr. Eijciunda hercle hæc mollicies animi, nimis me in-
dulgeo.
Tandem ego non illa caream, ſi ſit opus, vel totum
triduum? Pa. hui,
Trochaicus. Vniuerſum triduum? vide quid agas. Pa. ſtat ſen-
tentia.
Pa. Dij boni, quid hoc morbi eſt? adeon' homines
immutarier

Ex amore, vt non cognoſcas eundem eſſe? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis ſeuerus quiſquam, nec magis continens.
Sed quis hic eſt, qui huc pergit? at at, hic quidem eſt paraſitus Gnatho:
Militis ducit ſecũ vnà virginem dono huic, papæ,
Facie honeſta, mirum, ni ego me turpiter hodie hîc dabo,
Cum meo decrepito hoc Eunucho, hæc ſuperat ipſã Thaidem.

Epiphonema ſerui, deplorantis herum ex amore prorſus immutatum eſſe.

ACTVS II. SCENA II.

Gnatho, Parmeno.

DII immortales, homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens
Quid intereſt? hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi:
Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc atq; ordinis
Hominem, haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona:
Video ſentum, ſquallidum, ægrum, pannis annisq; obſitum.
Quid iſtuc, inquam ornati eſt? quoniam miſer quod habui, perdidi, hem,
Quò redactus ſum? omnes noti me, atq; amici deſerunt.

Trochaici Tetrametri catalecti.

Paraſiti vafri & impoſtoris prorſus rhetorica imago, ſeu vt vocant εἰκών.